

Alchemia de se ipsa loquens.

Ego sum angelicæ sapientiæ fulgor cælestis, militis virtus, mundialis machinæ finis, regalis gloriæ opus excellentissimum, super omnes scientias huius mundi, arcanum Dei spiraculum, soror philosophiæ, Regum gratia, vis dominorum, Prophetarum sudor, philosophorum invidia, thesaurus incomparabilis, speculum lætitiæ, fuga tristitiæ, mater virtutum, humanæ naturæ vestigium. Ergo repellendi repellantur & iusti iustificentur in melius: mea vox lætitiæ salutaris, solum in tabernaculis iustorum audiatur. Eijciendi ergo sunt mali peccatores, lascivi, auari & prodigi, ne per ista secretorum secreta, delirijs affluentes, ad peiora flagitia perpetranda excendant.

Regnans regnabo, & regnum meum non habebit finem omnibus venientibus ad me, & percipientibus salubriter, ingeniose & constanter.

Certum est procul hinc arcere profanum.

Hoc donum Dei præclarum nullus habere potest, nisi mentem eius purificet erga Deum ipsum maximum, mente scilicet & corde puro ac simplicissimo.



IOAN.